Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058487018-15

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058487018-15

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058487018-15

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058487018-15

1748.

1. Birckenstock, Jo. Petrus, de: De legitimo et supremo capite ordinis Aurei Velleris ad illustrationem articuli 13. praeliminarium pacis.

2. Brueckmann, Jo. Georgius: De filio familias in genere paciscente, in specie mutuum contrahente et muliere intercedente

3. Heiland, Georgius Franciscus: De investitura circa feuda regalia Comitum ac baronum et quatenus ea Sacri R. Imperii vicariis competat.

4. Schorch, Hieronymus Fridericus l. b. s. (ad disputationem inaug. Caroli Rochi Lehmanni invitat).

5. Schorch, Hieronymus Fridericus ... l. b. s. (ad dissertationem inaug. Jo. Petri de Birckenstockii invitat.)

6. Schorch, Hieronymus Fridericus, Facult. juridicae decanus l. b. s. (ad disputationem inaug. Georgii Francisci Heilandi invitat).

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058487018-15

7. Schorch, Hieronymus Fridericus, Facult. juridicae decanus l. b. s. (ad dissertationem inaug. Christiani Gottlob Zeibigii invitat).

8. Schorch, Hieronymus Fridericus, Facult. juridicae decanus l. b. s. (ad dissertationem inaug. Andreae Henrici Lerchii invitat).

9. Schorch, Hieronymus Fridericus, Facult. juridicae decanus: l. b. s. (ad disputationem inaug. Henr. Wilh. Fridericii Wenzelii invitat).

10 Schorch, Hieronymus Fridericus, Facult. juridicae decanus l. b. s. (ad disputationem inaug. Friderici Wilhelmi Roloffs invitat).

11. Schorchius, Hieronymus Fridericus: De singularibus juribus circa ineunda matrimonia principum et statuum imperii.

12. Schorchius, Hieronymus Fridericus: An petitorium in foro possessorii finiti, etiam in casu, quo judex possessorii finiti simul reus est, moveri debeat?

13. Schorchius, Hieronymus Fridericus: De appellationis effectu tam suspensivo quam devolutivo.

14. Schorchius, Hieronymus Fridericus: De praecipuis vasalli juribus circa feudum.

15 Schorchius, Hieronymus Fridericus: De efficacia hypothecae ab emtore ante resignationem dominii in re emta allodiali immobili constitutae.

1749.

1. Henne, Rudolphus Christoph: De conjuge binubi vel binubae ex bonis hujus non plus capiente quam aliquis liberorum prioris matrimonii minimam portionem accipiens ad l. 6 C. de secundis nuptiis.

2. Schorch, Hieronymus Fridericus, Facult. juridicae decanus l. b. s. (ad dissertationem inaug. Georgii Gottfried Thymei invitat).

~~1750.~~

3. Schorchius, Hieronymus Fridericus: De jure domini jurisdictionis altae, subditos domini jurisdictionis bassae immediate, et sine hujus requisitione, ad praestandum juramentum fidelitatis promissorium . . ., nec non ad omnes in causis criminalibus obvenientes actus citandi . . .

1750.

1. Brückmann, Jo. Georg: De diversis traditionum modis eorumque effectibus.

2. Schnette, Henricus Melchior, Facultatis juridicae decanus l. b. s. (ad dissertationem inaug. Friderici Gottlob Scheufflers invitat)

1750.

3. Schuette, Henricus Melchior: De eo, quod justum est circa probationem mortis absentis.

4. Spitz, Joh. Christophorus l. b. s. (ad dissertationem inaug. Christoph. Friderici Mülleri invitat).

5.[a] Spitz, Joh. Christophorus, Facult. juridicae decanus l. b. s. (ad disputationem inaug. Friderici Adolphi Besseri invitat).

5.[b] Spitz, Jo. Christophorus, Fac. jur. decanus: Programma (dissertationi inaug. Eusebii Ernesti Stieleri praemissum.

6. Spitz, Jo. Christophorus: De obligatione domini erga vasallum.

7. Stielerus, Eusebius Ernestus: An liceat obsignare in alieno territorio res hereditarias?

1751.

1. Brückmann, Jo. Georg: De permisso ob insidias vitae structas divortio.

2. Brückmann, Jo. Georg: De impossibili Canonicas juridico sive de eo, quod circa conditiones impossibiles actibus humanis appositas justum est.

1751.

3. ~~Schorch, Hieronymus~~ Gerhardi Fridericus: De eo, quod justum est circa vasallum praedium feudale alienantem.

3b. Kniphofius, Jo. Hier.: De salubritate Erfordiae.

4. Schwartz, Drago Augustus David: De recto et legitimo usu decidendi casus secundum argumentatum legis et speciatim de applicatione legis 2 Cod. de rescindenda venditione.

5. Spitz, Joh. Christophorus, Collegii juridici decanus . . . ad lect. cursoriam . . . et dissertationem inaug. a Friderico Gottfried Gerhardi . . . habendas . . . invitat.

6. Spitz, Jo. Christophorus, Facultatis juridicae decanus . . . ad lect. cursoriam . . . et dissertationem inaug. a . . . Francisco Josepho Witte . . . habendas . . . invitat.

7. Spitz, Jo. Christophorus, Facultatis juridicae decanus . . . ad lect. cursoriam . . . et diss. inaug. . . . a Carolo Gottlob Koch . . . habendas . . . invitat.

8. Spitz, Jo. Christoph.: De natura et effectu constituti possessorii

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058487018-15

9. Strecker, Conr. Wilhelmus, Facultatis juridicae decanus . . . ad lect. curs. . . et diss. inaug. . . . a Christiano Ludovico Gerstenbergk . . . habendas invitat.

10. Streckerus, Conradus Wilhelmus: De collegiis civicis Francofurtensibus, eorumque officiis, juribus et praerogativis.

11. Strecker, Conr. Wilhelmus, Facult. juridicae decanus: . . ad lect. cursoriam . . et dissert. inauguralem . . . a Christoph. Sigismundo Müllero . . . habendas . . . invitat.

12. Strecker, Conr. Wilhelmus, Facult. juridicae decanus. . . . ad lect. cursoriam . . et diss. inaug. . . . a . . . domino Augusto Davide Schwartz . . habendas . . invitat.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058487018-15

3542
1751, 10
N. 6
37

DE

# COLLEGIIS CIVICIS FRANCOFVRTENSIBVS,

EORVMQVE

# OFFICIIS, IVRIBVS,

ET

# PRAEROGATIVIS,

DISCVRSVS IVRIDICO-POLITICVS,

QVEM,

ADSPIRANTE NVMINE,

CONSENSV ET AVCTORITATE

MAGNIFICI JCTORVM ORDINIS,

IN PERANTIQVA ELECTORALI VNIVERSITATE ERFORDIENSI,

PRAESIDE

DN. CONRADO WILHELMO STRECKERO, JCTO,

EMINENTISSIMI AC CELSISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGVNTINI CONSILIARIO REGIMINIS, PRAEFATAE FACVLTATIS ASSESSORE SENIORE, CODICIS PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO, CIVITATIS ERFORDIENSIS CONSVLE PRIMARIO ET SYNDICO,

PRO LICENTIA

SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES CAPESSENDI,

*DIE XI. DECEMBR. ANNO MDCCLI.*

HABEBIT

CHRISTOPH SIGISMVND MÜLLER,

SVGENH. FRANCVS.

ERFORDIÆ, typis Joh. Chriſtoph. Heringii, Acad. Typogr.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058487018-15

INCLVTAE

# REIPVBLICAE

AD

MOENVM TRAJECTINAE,

ALTERI

MELIORIQVE PATRIAE,

SACRAS

HASCE VVLT PAGELLAS

AVTOR.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058487018-15

# PROOEMIVM.

Francovadum, clariſſimum iſtud, liberarum Imperii civitatum emporiorumque Germaniæ, ſidus, plurimi, ante me, ſcriptis, a) ſpeciminibusque exhibuerunt academicis, b) ita, ut orbi erudito, mox hac, mox illac, illius innotuerit facies.

Ego, quum primum ad ſcribendum diſſertationem inauguralem animum appuli, nihil



a) Quæ maximam partem videre licet in L. Bar. de SENKENBERG. *Select. Jur. & Hiſtor. T. I. præf.*

b) Huc pertinent præcipue, quos idem excellentiſſ. Autor recenſuit dicto libro p. m. 539. & ſeqq. nec non binæ a Conſultiſſ. LEHNEMANNO de *Nundinis* & de *Privilegiis Francofurtenſibus* conſcriptæ diſſertationes.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058487018-15

hil nec rationibus meis conſentaneum magis, indictumque prius, inveni, quam de radiis, quibus, olim & nunc, generoſus ibidem ſub generoſo corruſcat moderamine populus, ſive *de Collegiis Civicis*, ſcitu digniora congerere, quantumque diſſertationis & temporis anguſtiæ permittunt limites, rerum noſtrarum ſcientiæ cupidis, quoad poſſum, exponere.

Quod fieri commodiſſime arbitror, ſi Collegiorum civicorum

I. veterum,

II. hodiernorum, ſtatum & officia, quæque his adhærent, jura ac prærogativas

ordine perſtrinxero. Faxit Numen feliciter!

Antequam vero ipſam aggrediamur tractationem, nonnulla de Statu reipubl. Francof. adferre non abs re fore judico.

§. I.

§. I.

Ab ovo, ut dicitur, quam agimus rem ordiri, idem foret fruſtraneus labor, ac ſi prima urbis eruere conarer fundamenta. Fatale enim iſtud incendium, quod Ao. 1349. dimidiam fere ejus, inſignemque ſimul ſanctioris tabularii conſumſit partem, genuinos quaſi exſiccavit fontes, ex quibus limpidæ quidquam veritatis haurire, ut aliis, ita mihi, alioqui forſitan licuiſſet. c) Maxime ſolum videtur ſimile, cives noſtros, proprie, & in relatione ad nob. Magiſtratum, ſic dictos, nullo non tempore, curæ collaboraſſe reipublicæ, hancque propterea dicendam *Ariſtocratico-Democraticam*, i. e. eam, ad quam, cum Proceribus ſive optimatibus, & *cives* accedere ſolent, eam, quam, cum Thomaſio, præſtantiſſimam judicat TELGMANN. in der Hiſtorie der Röm. Rechts-Gelahrtheit *C. III. §.* 2.

§. II.

Diſſentientem habemus Celeb. *J. N.* HERTIVM *Diſſ. de ſpecialibus Imp. Germ. rebus publicis C. II. §.* 20. ſcribentem: *Olim civitates omnes ariſtocratia, & quidem hereditaria, gubernabantur.* Sed optaſſem, Vir ceteroqui ſummus, *Tò* OLIM, curatius conſtituiſſet, fidemque



c) inde eſt, ut Chronicorum Francofurt. qui extant libri, plurimis ſcateant mendis, lacunisque vix ac ne xix quidem explendis. Compilatores eorum annum dicti incendii ponunt 1346. ſed quum conſpirent, tempore quo flagellantium turmæ Germaniam pervagaverint, id accidiſſe; autorem *faſtorum Limpurgenſium*, oculatum tunc temporis teſtem, ſequutus, annum 1349. quo carnarii in ſe ſævierunt iſti, ſubſtituendum duxi.

que hiſtoricam adhibuiſſet. Antiquiſſima enim quod attinet tempora adverſum ſe habet Tacitum; d) mediis, Germaniæ civitates, in Regum Imperatorumque erant patrimonio & domaniis: poſtea, imperiales etiam factæ, ab eorum pendebant præfectis ſive comitibus e), donec benigniore tandem ſeculo, & gratia cæſarea, etiam liberæ, ſuique quaſi factæ ſunt Juris. Et in tertia hac Epocha, vindicationis nimirum civitatum in ſtatum imperii libertatis, probatio Ariſtocratici earum regiminis, ſaltem quæ ad Francofurtum ſpectat, erit difficillima. *conf. §. VIII. in fin.*

§. III.

Eadem igitur conjecturarum facilitate Illuſtr. de LVDEWIG e diametro contrarium tenens, ſtatum Francofurtenſem dixit mere *democraticum*, in *Comment. ad A. B. T. I.* §. 24. inductus verbis: *Injungimus autem Civibus &c.* hæc habens: Der Kayſer befiehlet hier

d) *de mor. Germ. C. XII. eliguntur in Conciliis principes, qui jura per pagos vicosque reddunt. Centeni ſingulis ex plebe Comites, conſilium ſimul & autoritas, adſunt*, vid. etiam Schmauſens Reichs-Hiſt. *p. m. 9.* quem morem & ſub Francorum regibus tenaciter obſervatum adhuc, defendit cum SCHILTERO Conſ. *J. G.* STARK *in diſſert. de Civit. Magiſtr. in regno Francor. veteri Cap. 1. §. 13.*

e) Laud. D. *J. G.* STARK. *Diſſ. C. II. §. 3. 4. 5. 9.* ab initio enim per immedietatem Jus ſuperioritatis & regalia univerſa, eo comprehenſa, non ſtatim obtinuerunt, ſed quædam tantummodo regalia. LEHM. *Chron. Spir. L. 4. C. 2.* jurisdictionem & ſummum Imperium exercentibus Imperatoribus per præfectos, Reichs-Schultheiſen. SPEIDEL *Not. J.* voce Reichs-Schultheiß.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058487018-15

hier den Schutz, nicht den Bürgermeiſtern und Rath, ſondern gemeiner Bürgerſchafft, welches ein Zeichen iſt, daß ſolche Stadt eigentlich eine Formam democraticam haben, und die obriſte Gewalt, nach dem Kayſer und dem Reich, bey der Burgerſchaft beſtehen ſolle, und Burgermeiſter und Rath nicht anders, als bürgerliche Bediente angeſehen werden mag. ꝛc. ꝛc.

„Wie daß der Zuſtand der Stadt Franckfurt bürger„lich und nicht adelich ſey, auch aus andern Umſtänden er„hellet: denn Anfangs iſt die Stadt wegen des gemeinen „Handels der Fiſcher und Schiffer halben angeleget worden, „welche Handthierung ſich vor keine adeliche Geſchlechter „ſchicken will ꝛc. Nachgehends haben die Franckfurter „Meſſen die Stadt auch vollends aufgebracht, ꝛc. ꝛc.

§. IV.

Condonandus ipſi hic humanitatis lapſus, quem, dubio procul, non commiſiſſet, niſi forte ipſum latitaſſet, nomine Civium inclutum etiam Magiſtratum comprehendi, ita, ut ſingula ejus membra, omnibus, præterquam perſonalibus, obnoxia ſint publicis oneribus, & ſecuritatis, tempore electionis Imperatorum, Electoribus & eorum legatis ſervandæ, ut ceteri cives, præſtent juramentum. Manibus ceteroqui pedibusque in illius eo ſententiam, Francofurtum commerciis, ſi non originem, ſaltem debere incrementum * exinde

* Illuſtr. Lib. B. de SENKENBERG in *præfat. cit. libri* p. 1. de origine ejus ſic diſſerit. *Francofurtum Chlotarii Meroveadæ ævo,* (*i. e.* circa annum 555) *ædificatum credimus, quo Franci tam ex Belgio quam etiam regno Auſtraſiæ plurimas excurſio-*

exinde tamen non ſequitur, ſtatum ejus fuiſſe, & eſſe oportere, democraticum.

§. V.

Accedit potius Theſi noſtræ, ſtatum Francofurtenſem nullo non tempore fuiſſe Ariſtocratico-Democraticum, (§. I.) ex hoc Aureæ Bullæ loco, invictum robur & fulcimentum. Quum enim conductus Electorum & cuſtodia ſecuritatis eorum, ex communi JCtorum ſententia f) ſuperioritatis territorialis ſignum, eaque ab ipſo glorioſisſimo A. B. conditore *Civibus* i. e. omnibus, qui ſub hoc nomine latiſſimo veniunt (§. IV.) & civitatem conſtituunt, in ſummo hoc concredita ſit negotio; Quilibet cordatiorum mihi aſſurget, hanc ſuperioritatem territorialem, liberi Imperii ſtatus κρινόμενον, jam tum, & multis retro annis, nobili magiſtratui & civibus reliquis (§. IV.) fuiſſe communicativum, ſtatumque Francofurtenſem Ariſtocratico-Democraticum; alias enim aut ſoli ſenatui, aut ſolis civibus, hoc præeminentiſſimum demandaſſet Auguſtiſſimus Carolus IV. officium.

§. VI.

Cauſam ſtatus hujus mixti præterea tuentur ac ſuſtinent alia vetuſtiſſimorum, quæ indagari poſſunt, temporum documenta. Sic enim diverſa ſeculorum ſupe-

---

*curſiones in Saxoniam Thuringiamve facere ceperunt; ut enim poſteriores rite fierent, neque Mogi tranſitus difficilis redderetur, arce aliqua opus erat, quæ Vadum defenderet. Huic, ex uſu, nomen Francovado &c.*

f) RVMELIN. *ad A. B. Diſſ. 2. th. 8.* MAVL. *de J. Cond. tit.* 1. *n.* I. KLOCK. *Conſ. T. I. Conſ. 50. n. 135. ſeqq.*

ſuperiorum privilegia, *univerſis civibus Francofurtenſibus* leguntur conceſſa. g) Qui vero cunque, hanc ob formulam, ſolis ea civibus, excluſo nob. ſenatu, vindicare vellet, eximius certe nugator exiſteret.

§. VII.

Dixi (§. V.) ſtatum Francofurtenſem, jam ante conditam A. B. fuiſſe Ariſtocratico-Democraticum. Id quod vel ex hoc demonſtrandum ſuſcipio, quod extent plurima illius ævi monumenta publica, nomina ſenatus civiumque ſimul præferentia, quorum unum & alterum hic adferre lubet. Sic Ao. 1346. Civitas Francofurtenſis, ex tributo imperio debito, ſe Gerlaco de Lymburg tamdiu ſatisfacturam pollicita eſt, donec, ex ſuis, Gelnhuſanorum & Wezlarienſium tributis annuis, ſumma XX. millium librarum Halerorum (20000 Pfund Heller) quarum una hodie florenum conſtituit, eſſet ſoluta; cujus hoc eſt initium: h) Wir die Burgermeyſtere die Scheffin, die Rete und die Burger gemeingliche i) der Stede zu Franckenford ꝛc.

Ao. 1349 Carolus IV. Judæos Francofurtenſes

15200

g) Quorum larga ſeges conſpicienda præbetur in Editione privilegiorum Francof. noviſſima de Ao. 1728.

h) Integrum legi poteſt in *ſel. Jur. & Hiſtor. Exc. L. B.* de SENCKENBERG *T. 1. p. 230.* ex autographo ſtatum.

i) vel ex hac loquendi formula, poſterioribus etiam ſeculis, per voculas insgemein, gemeine Stadt ꝛc. uſitata, formam reipubl. mixtam haud infelici conjectura dici poſſe exiſtimo.

15200 ℔. Halerorum pignori dedit den Schöffen, dem Rat und den Bürgern. In contextu, quoties creditorum fit mentio, verbis utitur, unſern und des Reichs Burgern und der Stadt zu Franckfurt.

Addendum cenſeo aliud, licet 1368. & ita, poſt publicatam A.B. nomine publico confectum, huc tamen faciens documentum, quo Civitas Francofurtenſis, cum quibusdam Judæis Moguntinis, mutuum ſub graviſſimis contraxit conditionibus, cujus ſyngraphi hæc ſunt verba initialia. Wir Schultheis und Scheffen, und die Burgermeiſter, und der Rat und die Gemeinde gemeiniglichen zu Frangckenfort verjehen und bekennen uns offenlichen an dieſem Briefe ꝛc. k)

§. VIII.

Utut vero, his & ſimilibus exemplis, publica fide munitis, nec non ſummorum Pontificum & Imperatorum, patriæ, quod jure dico, meæ, conceſſis privilegiis, quæ pleraque, ſi non omnia *Senatui Civibusque ſimul* data publice leguntur, formam reipublicæ Ariſtocratico Democraticæ cuilibet in oculos incurrere nullus dubitem; addendum tamen & demonſtrandum, hoſpitum in rebus noſtris gratia, cenſeo, ab incunabulis liberæ reipublicæ, in hunc usque diem, ad eam, cum optimatibus, & reliquos acceſſiſſe Cives, eoque ipſo ſtatum reipublicæ formaſſe Ariſtocratico-democraticum. Ulterius regredi non libet, nec opus eſt; quum, priusquam Jure liberæ Imperialis Civitatis,

k) Amborum documentorum copiam, fide dignam, idem illuſtr. exhibet Autor *p. 634. & 645. ſeqq.*

tis, frui cœpit Francofurtum, ſolum ad eandem non pertinuit regimen (§. II.)

§. IX.

Male vero tuentur Chronica noſtra *T. I. P. I p. 19.* Francofurtum jam ab Ottone III. Ao. 1001. liberam imperii eſſe factam, quum GVILELMVS R. R. nobilibus quibusdam illius Terræ *de ea obligationem fecerit*, i. e. ut ex tenore ipſi ab eodem GVILELMO Ao. 1254. conceſſi, de non alienando eam, privilegii, colligo, certo modo, oppignoraverit.

vid. *Priv. Francof. Ed. noviſſ. p. 5.*

Ipſi quoque Ao. adhuc 1333. ab Imperatore Ludovico IV. teſte pluries citato Exc. de SENKENB. *Sel. J. & H. p. 200.* injungebatur, Præfecto Wetteraviæ ſubmiſſe apparere ac obſequium præſtare, unterthänig wartend und gehorſam zu ſeyn. Adde, quod idem ipſe Imperator præfectum ſuum ſeinen Amtmann und Schultheiſſen, adhuc ibidem habuerit.

all. *Priv. Francof. p. 21. 29.* cui, teſte GLADOVIO in ſeiner Reichs-Hiſtorie *L. 5. C. 10. §. 11.* Summa competebat Jurisdictio. it. C. THOM. *Diſſ. de Jurisd. & Magiſt. Diff. th. 69. 103.*

Non ergo antea de vera ſibi gratulari potuit libertate, quam ut Civis quidam ejus, SEYFRIED *ad Paradiſum* dictus, præfecturam ſive advocatiam urbicam hanc imperialem (Reichs-Schuldheiß, Reichs-Voigt oder Amtmann-Stelle) a Carolo IV. Ulrico Comiti Hanovienſi oppigneratam, Ao. 1366. conſentiente Imperatore, redimebat, & poſtea Ao 1376. ſenatui cedebat.

 vid.

vid. *Chron. Francof. Lerſnerian.* T. I. P. I. *pag.* 252. *ſeqq.*

Quodſi igitur diſcrimen inter imperialem, & liberam Imperii, Civitatem, communi DD. Calculo, in eo eſt poſitum, ut hæ a præſtationihus fiſcalibus præfectoque Cæſareo, non vero illæ ſint immunes;

vid. COCC. *J. P. C. XVII. §. 7. & 8.* & ex eo AVTOR der Nachricht von der wahren Beſchaffenheit der Reichs-Pfandſchafft Gelhauſen *p. 39.*

respublica noſtra, ante annum 1376 ſe, quod eſt, imperii liberam aſſerere nequit. Ab illo vero tempore eo magis hac præeminenti gaudere poteſt prærogativa, quo clarius eſt, eam, cumque ea Jus ſuperioritatis territorialis, titulo vere oneroſo ſibi obtigiſſe.

cit. AVT. der Nachricht von der wahren Beſchaffenheit der Reichs-Pfandſch. Gelhauſen. *p. 38.* ibique all. MYLER in *Hyparch.* KNICHEN *in Encyclopæd. &c.*

nec minus Francofurto glorioſum duco oſtendere poſſe, quando, & qua ratione, ad imperii libertatem pervenerit, quod de aliis tam liquido non conſtat.

§. X.

Inveſtigatis ita feliciter, ut opinor, Reip. liberæ incunabulis, ad demonſtrandum, ſtatum ejus Ariſtocratico-Democraticum, hoc eſt, adminiſtrationem ejus, optimatibus civibusque reliquis eſſe communem, ſufficere credo, ad faſtos Senatorios in Chronicis LERSNERIANIS *Tom. II. P. I. pag. 134. & ſqq.* conſpiciendos provocaſſe, quibus Patricios vocula Jr. (Juncker) Ci-

ves

ves vero per Hr. (Herr) diſtinctos a Seculo XIII. ad id quod vivimus, non interrupta ſerie invenies. Extiterunt inſuper nullo non tempore certa quædam Collegia Civica, quæ, ubi populi intererat, cum Magiſtratu communicabant conſilia, de quibus mox.

§. XI.

Tantum tamen abeſt, ut Intereſſe hoc populi, adeoque Collegiorum officium, ad omnia, quæ in re publica accidere poſſunt, velim extendendum, ut potius nobiliſſ. Senatus præcipuæ eminentesque ſint partes, in rebus, quæ ad gerendas faſces reipublicæ primario requiruntur. Huc refero, poteſtatem Legum ferendarum abrogandarumque, civium incolarumque recipiendorum, Juris dicendi, dictique exequendi, munerum ac dignitatum conferendarum, militum legendorum, & quæ ſunt præter hæc jurisdictionalibus accenſenda; utpote ſententiis ac Legibus ſummorum Imperatorum ſpecialiter ipſi afferta ac reſervata.

§. XII.

Non ergo niſi ea, communibus Senatus populique Francofurtenſis aguntur conſiliis, quæ œconomiam tangunt politicam, & ex ſequentibus patefient.

§. XIII.

Primi, qui in republica noſtra partes egerunt civium, eosque repræſentarunt, Tribunos (Zunftmeiſter, Zunftvorſteher) fuiſſe, extra dubitationis aleam poſitum confido. Tribus enim (quorum in Germania initium Illuſtr. de LUDEWIG *Diſſ. de re baſiaria Tinctorum diſſ. V. not. 16.* circa annum æræ Chriſtianæ 925. conſtituit) Romam æmulantes antiquam, tempore evectæ in liberam

beram Imperialem Urbis, & antecedentibus etiam temporibus, ibidem ut Moguntiæ, Friedbergæ, & ceteris tractuum Mœni Rhenique, imo plerisque Germaniæ Civitatibus, jam extitiſſe, & poteſtate ſua, in rebus ad Cives ſpectantibus, mox uſos, mox abuſos fuiſſe, hiſtoriæ fidem faciunt. l) Erant autem Francofurti, ex recenſione *Chron.* LERSNERIAN. *Tom. I. P. I. p. 257. & 258.* nominatim ſequentes. Die Schneider, Bender, Buchdrucker, Schmidt, Steinmetzen und Maurer, Gärtner, Schreiner, Sackträger, Schumacher, Zimmerleut und Wagner, Steindecker, Seiler, Hutmacher und Bürſtenbinder, Barbierer, Weisgerber, Sattler, Säckler, Pergamenter und Neſtler Geſellſchafft, Teutſche und Frantzöſiſche Schulhalter, Greifenſteiner-Geſellſchafft, Poſamentirer Handwerck, Weisbender und Tüncher, Metzger, Kirſchner, Hocken auf dem Tantz-Plan, Kutſcher and Stangen-Knecht, Edelgeſteinſchneider, neue Metzger, Goldſchmidt Geſellſchafft, Weingärtner, Hutſtaffirer, Taglöhner Zunfft, Eintzler, Fiſcher, Schröder Geſellſchafft, Muſicanten, Löher, Barchenweber Zunfft. Quibus addendi ex Diario hiſtorico, aliquoties in partes vocato, qui Inſtrumento publico ibidem *p. 29.* inſerto adhuc continentur die Wollenweber, Fettkrämer, Becker, Baader, Glaſer, Dreher und Gürtler Zunft, it. die Krämer Geſellſchaft. Horum nonnulli ex

---

l) Seculo XIV. vergente, Lubeccæ, Hamburgi, Roſtochii, Viſmariæ &c. Tribunorum impotentia, Senatus partim expulſi, partim transformati ſunt. vid. poſt alios *Diarium Hiſtoric.* des H. R. Stadt Franckfurt gefährl. Aufſtands 1615. *p. 5. 6. 7.* de LERSNER. *Chron. Francof. T. I. P. I. p. 257.*

ex numero Senatus erant, prætereaque Tribunis, quæ innoteſcere Civitati Magiſtratus volebat indicebantur. m)

§. XIV.

Tribubus non adſcripti Cives, (unzünftige) præſertim qui manuariam non exercebant, in Societates (Geſellſchaften) coibant, Delectum (einen Ausſchuß) ubi neceſſum fuit, conſtituebant, qui una cum Tribunis agenda egit. Rerum Ao. 1612, & poſtremo, ab ipſis conjunctim geſtarum hic ne verbulo quidem recolerem memoriam, niſi ordo id expoſtulare videretur inſtituti. Erant, ut Diarium Hiſtoricum ſæpius allegatum oſtendit, ea tempeſtate, quædam Civium pro bono ſuo & publico, moderata initio ſic ſatis conſilia, quæ non tantum prædictis Tribubus, verum etiam reliquorum Civium præcipuis n) agitabantur, &, coram in-

cluta

m) Jam ante annum 1366. eorum aliquot Senatui inter-
fuiſſe, videbis *Priv. Franc. p. 165.* add. *Diar. Hiſt. p. 22.*
verbis Zünfte, ſo mit im Rath ſitzen, *p. 65.* verbis die dar-
innen (im Rath) begriffene Zünften, & ſic paſſim ibidem.

n) Idem *Diar. Hiſt. Ed. de 1615. p. 28.* Deſſelbigen Tages
haben ſie (die Zünffte) viel vornehme Bürger teutſcher
und welſcher Nation erſuchet und ermahnet, auf wel-
ches ſie dann noch viel Anhangs bekommen. *p. 29.* Wie
auch viel der vornehmſten Bürgerſchafft dazu gezogen
worden. *p. 31.* Und ſeynd dieſes von gemeiner Bür-
gerſchafft Teutſchen, Welſchen und Niederländern
wegen ſo beydes zünfftig, und nicht zünfftig, ein Aus-
ſchuß erfunden und benahmt worden, Peter Kopf,
Reinhard Becker, Wendel Stahl, Jonas Roſa, Jo-

hann

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058487018-15
DFG

cluta Commiſſione Cæſarea, res ultro citroque eo tandem redactæ fuerunt, ut 24. Dec. 1612. ſt. v. 3. Jan. 1613 ſt. n. autoritate Summorum Commiſſariorum, pactio illa famoſa (vulgo Bürger Vertrag) magiſtratum inter civesque pacta, & a divo Imp. Matthia d. 23. Maji e. a. confirmata ſit, quæ adhuc hodie celeberrimæ civitatis adminiſtrationis, & quietis feliciſſimæ extat fundamentum.

§. XV.

Inſervientia ſcopo noſtro præcipua ejusdem hæc ſunt Capita.

1.) Privilegiorum omnium ac ſingulorum editio.

2.) XVIII. Civium ad Senatum tunc temporis adlectio.

3. Conſanguinitatis lineæ æqualis primi, & ejusdem affinitatis gradus, in Senatu prohibitio.

4.) Univerſorum Civium in certos tribus & ſocietates diſtributio.

5.) Collectarum extra ordinem conſtituendarum communis conſenſio.

6.) Rationum publicarum per novem Cives quotannis

---

hann *L'Empereur*, Conrad Meul, Joh. Hartmann Geiſſelbach, Gottfried Tambach, Daniel *Douſſart*, und Joh. Suder ꝛc. *p. 32* Zu welchen hernachen nach etlichen Tagen zum fernern Ausſchuß einhellig erwehlet worden ſeyn, Peter Ruland, Henr. von Eden, Joh. *Mahieu Baſtian de Noville*, Peter *Bernolli*, H. J. Knauf, Daniel Briers, *Jac. de Fay*, *Jac. v.* Hulden, Hermann Lippolt ꝛc.

annis habenda reviſio, ac de iis civibus facienda certioratio.

7.) Diverſorum onerum publicorum, adhibitis ad inſpectionem Privilegiorum ac reviſionem rationum delectis 7. & 9. Civibus, inveſtigatio ac conſtitutio.

8.) Amneſtia, ac omnium diſcordiarum mutua oblivio. o)

§. XVI.

Hæc conventio quamvis unanimi partium conſenſu inita, imo paulo poſt repetita, ejusque ad amuſſim obſervantia, juramenti religione, a ſingulis Tribubus & Societatibus, promiſſa fuerit, diſſidiarum tamen fomenta penitus ſopire non potuit. Diſcordiarum nimirum autores & anteſignani, furiis agitati iniquis, nodosque in ſcirpo quærentes, novas excitarunt turbas, & nominibus tribuum abuſi, limitesque eorum, quæ in mandatis habebant egreſſi, rempublicam variis labefactarunt moliminibus, ut non niſi cum ipſorum excidio, glorioſiſſimus Imperator eam reſtituere quiverit. p)

§. XVII.

Sublata ſimul, auctoritate Cæſareæ Commiſſionis decreti de 28. Febr. 1616. cum ipſis tribubus, omnis tribu-

o) Integram hic videres, Lector, conventionem, nî ejus, prelo ſæpius excuſæ, publica eſſet copia.

p) Quam feralem cataſtrophen diverſis conſpicere licet rerum Francof. monumentis, adjunctam præprimis *Diar. Hiſt. nobis citato.*

tribunitia poteſtas, mulcta ipſis irrogata, pars commiſſionis ſumtuum ſolvenda injuncta, quæque penes eos fuerat univerſa ſcripturarum, conſtitutionum atque pactorum ſuppellex, Sereniſſimorum Commiſſariorum arbitrio eſt addicta, r) pactione (cujus ſupra §. XIV. & XV. facta mentio) quoad reliqua denuo confirmata, & ad cuſtodiendam civitatis tranquillitatem atque concordiam, Auguſtiſſimo, ut peculiari diſpoſitione proſpiceret, poteſtate relicta (s).

§. XVIII.

Neſcitur qua ratione factum, ut, ſanctione illa pragmatica, nobiliſſ. ſenatui & civibus utrimque obligatoria, conſtituti novemviri, tunc etiam temporis, eſſe deſierint, quum tot ac tanta eorum, in componenda reipublicæ turbulentia, extiterint merita t). Quidquid conjectura aſſequi poſſum, eorum vel ideo conquievit officium, quod, remotis tribunis & delectibus, nemo eſſet, cui, referendo, quantum ipſis licebat, de rationum aliarumque rerum ſtatu, id præſtare potuiſſent.

§. XIX.

Soli etiam dum cluebant Decuriones ſive XIV. quibus civitas Ao. 1575. ſecund. LERSN. *Chron. T. II. p. 505.* diviſa eſt, Curiarum, vel ſi mavis cohortum præ-

r) Hinc res eorum antea geſtæ bona vix licet tradere fide.

s) Exemplum Decreti Commiſſionis hoc §. allegati, pactioni, (dem Bürger Vertrag) tanquam acceſſorium, per transfixum, ut loquimur, additum, paſſim habetur.

t) de quibus in ſæpius adducto *Diar. Hiſtorico paſſim.*

præfecti (die Capitains der 14 Bürger Quartier-Compagnien) qui, cum optionibus vexilliferisque ſuis, res civium identidem agebant. De quibus, quum & hodienum non exiguæ ſint partes eorum, collegiumque ceterorum antiquiſſimum, ſcitu digniora hic adferam.

§. XX.

Jure meritoque de illis dicere nullus dubito, quod res patriæ ſecundas ornent, adverſas juvent. Quum enim univerſi cives & incolæ, exceptis in altiore dignitate aut officio conſtitutis, exigente publica id neceſſitate, aut pompa ſolenni, armati præſto ſint, &, militum more, in manipulos diſtributi, excubias agendo, vicos, per quos Imperatoris vel alicujus ſummi principis fit tranſitus, eleganti ordine obſidendo, incendii aut turbulenti cujusdam motus tempore, in locis ad id deſtinatis, comparendo, & id genus aliis operam præſtent egregiam occupationibus: Ita Decurionibus, ut hæc omnia rite fiant, primaria incumbit cura, juſſus atque auſpicium. Primipilos item deſignant, & cetera, quæ decurionum ſunt militarium munia, ſubeunt. Ordine etiam quo quisque manipulis gradatim præeſſe cœpit, accedente Magiſtratus auctoritate, dignitatem ſuam adipiſcuntur. Sed nec in aliis, quæ ad recte conſtituendam faciunt rempublicam, nulla ipſorum eſt opera negotiis: Eâ enim innoteſcunt, qui quæve & quot urbis ſint habitatores, quorum, invito nob. Magiſtratu, extra diverſoria nemo facile peregrinus fertur, inutilia vero terræ civiumque pondera, prorſus exterminantur. In collectationibus extra ordinem prima ipſis, & mediantibus ipſis, reliquis fit Civibus in-

dictio, & quæ ſunt alia partim honorabilia, partim oneroſa, partim fructuoſa officia u,.

§. XXI.

---

Hæc ſcribenti obtigit, a fautore quodam ſtudiorum noſtrorum, digna quæ hic inſeratur notitia, de Capitaneis & XIV. quibus diviſa eſt civitas cohortibus, dicta, plenius illuſtratura adeoque Lectori ſatisfactura.

1) Ein jedes der 14 Quartier oder Bürger-Compagnien, worüber die Bürger-Capitains geſetzt ſind, beſtehet in 2. 3. 4. bis 500. Mann: Dieſe haben

2) in Wahl- und Crönungs-Zeiten, bey allen Solennitäten, als da ſind Kayſerl. und Churfürſtl. Auf- und Einzüge, eine wohlanſtändige Paradirung zu machen. Beſonders aber zur Kayſerl. Wahlzeit durch die gantze Stadt auf ihren angewieſenen Plätzen, alle beſorgliche Ungelegenheit und Gefahr durch ſtetiges Patroulliren, zur Sicherheit der höchſten Hrn. Churfürſten und Wahlgeſandten, gebührend abzuwenden, worüber denen Bürger-Capitains die behörige Sorge und Aufſicht zu tragen oblieget.

3) Halten dieſe 14 Compagnien vom Tag des neu erwehlten Kayſers Einzugs an, unter Commando ihrer Ober-Officier, die Wacht vor der Kayſerl. Wohnung: täglich ziehet ein gantzes Quartier oder Compagnie auf, und löſen, ſo lang das Hoflager währet, dergeſtalt einander ab. Dieſe Bürger-Wacht eſcortiret Ihro Kayſerl. Maj. ſo wohl am Crönungs-Tag, als wenn allerhöchſt Dieſelbe ſonſt in publico erſcheinen.

4) Wenn die Stadt bey Crais-Poſtirungen oder in Reichs-Feldzügen ihr Mannſchaffts-Contingent marſchiren laſſen muß, pflegen die Bürger bey alſo geſchwächter Garniſon, die Poſten an denen Thoren, auf den Wällen und ſonſten, unter Commando ihrer Capitains und Ober-Officiers, mit zu verſehen.

§. XXI.

Orto, quod vivimus, ſeculo, novæ Magiſtratui movebantur lites, non niſi commiſſione Cæſarea dirimendæ. Nec volupe nec opus eſt, quæ in quæſtionem

5) Bey entſtehender Feuers-Gefahr befinden ſich die Burger-Capitains mit ihren unterhabenden Compagnien auf beſtimmten Plätzen, und beſorgen von daher ſowohl auf denen Wällen, als bey dem Brand ſelbſten ihre angewieſenen Poſten. Wie dann, Kayſerl. confirmirter Viſitations-Ordnung gemäß *Tit. I. ad §. 12.* die Feuer-Eymer und Spritzen in Verwahrung derer Burger-Capitain ſich befinden, auch inſonderheit, wenn die Flamme etwa um ſich greift, aus jeder Compagnie 20 Mann commandirte nebſt 1 Capitain, 1 Lieutenant, 1 Fähndrich und ſonſtigen Unter-Officiers, den Brand-Platz zu beſetzen, und allen Unfug zu verhüten haben. Eben ſo haben ſie

6) In Kriegs-Zeiten oder entſtehenden Auflauf, ihre Poſten, und an ſelbigen die nöthigen Defenſiones zu beobachten.

7) Sollen alle Jahre vermög Kayſerl. Anordnung die 14 Quartiere die Revüe paßiren, und ihnen die Wacht- und Feuer-Ordnung in Beyſeyn derer Hn. Kriegs-Zeug-Amts-Deputirten vorgeleſen werden.

8) Haben die Bürgerlichen Capitains jeder eine exacte Wacht-Ordnung oder Rolle zu halten. Desgleichen geſchiehet ihnen und übrigen Quartier Ober-Officiers Vermög Kayſerl. Reſolution von 15 Octobr. 1716. bey Beſchlieſſung einer extraordinairen Anlage von E. H. E. Rath zeitliche Eröffnung, um ſolches in denen 14 Quartieren bekannt machen zu können. Eben dieſe bürgerliche Ober-Officier treten

9) denen bürgerlichen Collegiis der LI. und IX. bey, wenn wichtige

nem vocabantur, hic enumerare, quum vices haud ſuſtineamus hiſtorici. Sufficit dicere, poſt diuturnam contentionem, indefeſſis Decurionum ceterorumque Civium ductorum ſtudiis, res eo eſſe redactas, ut publica illa Ao. 1613. condita pactio, (§. §. XIV. & XV.) a divo Carolo VI. denuo corroborata, novis adjectionibus aucta, vique legis perpetuæ prædita fuerit. Acceſſerunt inſuper aliæ, ad adminiſtrandam feliciter tuendamque rempublicam, mire facientes ſententiæ 15 Octobr. 1716. 22. Novemb. 1725. & 14. Mart. 1732. latæ, quæ, typis exſcriptæ, prodierunt in publicum ſub titulo: Kayſerliche Reſolutiones und Mandata, über die zwiſchen

---

wichtige Stadt-Angelegenheiten vorfallen, und helfen ſolche gemeinſchaftlich betreiben. Abſonderlich erwehlen ſie noch die ſogenannten 28er. Das iſt, denjenigen Ausſchus von 2 Perſonen aus jedem Quartier, welchem, nebſt denen bürgerlichen 51gern, die Neuner alljährlich, oder wenn es ſonſt nöthig, Relation über den Beſund des Stadt- und Rechnungs-Weſen abzulegen haben. Vor alle dieſe denen Bürger-Capitains hauptſächlich obliegende Verrichtungen, erheben dieſe

10) von allen Bürgern und Einwohnern, die durch Standes-Würde oder ſonſten davon nicht ausgenommen ſind, ein verglichenes monathliches Service- oder Quartier-Geld, wovon aber wieder eine proportionirte Summe der Stadt Aerario vor die Invaliden zu gute kommt. Sie hatten auch

11) die bürgerlichen Neuner, Dreyer, und burgerliche Conſiſtorial-Aſſeſſores ſonſten zu præſentiren, welche Kayſerl. Verordnung aber nachhero anderweitig aufgehoben, und dieſe Function denen 51gern mit übertragen worden.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058487018-15

zwiſchen Einen Hoch-Edl. Magiſtrat und löblichen Bürgerſchafft zu Franckfurt obgeſchwebte Differentien &c. &c.

§. XXII.

Saluberrimis hiſce legibus, quibus melius & ſtatui Francofurtenſi congruum magis vix poteſt excogitari quidquam, non ſolum quorum (§. XV. no. 6.) facta fuit mentio novemviri, (die bürgerliche Neuner) Ao. 1716. poſtliminio quaſi, ſunt reſtituti, ſed etiam delectus Civium numero LI. circumſcriptus (der bürgerliche Ausſchuß der Ein und Funfziger) fuit introductus. Et hæc duo, in ſignificatione ſtricta, ſola ſunt Collegia civica, quorum officiis, Juribus & Prærogativis quod reliquum diſſertationis, erit & eſto deſtinatum.

§. XXIII.

Collegium novemvirale Civicum, ut tempore, ita hic loci prius, eſt numerus novem civium, Auctoritate ſumma Cæſarea, conſtitutus, non ſolum ut omnes ac ſingulos rationum Francofurtenſis reipublicæ libros recognoſcat; ſed etiam alia quæque ad commodum utilitatemque communem, ſuadendo ac monendo, conferat, nævos nobiliſſimo Senatui ad tollendum indicet, hìcque non invento remedio, vel ſolus vel cum delectu LI. rem ad Auguſtiſſimum Imperatorem deferat; Civibus, quæ ſcire ipſorum intereſt, aperiat, cetera vero quæcunque ſunt ſtatus publici arcana, religioſo, ad mortem usque, conſervet ſilentio x).

§. XXIV.

x) Juramento quo quisque eorum officia ſubiens obſtringitur, de perpetuo hoc ſilentio præcipue eſt cautum.

## §. XXIV.

Dictum (§. XV.) novemviros Anno ſeculi proximi 13tio autoritate Cæſarea, nec non Senatus populique conſenſu, eſſe introductos, triennio vero vix peracto, ſua forſitan ſponte, munus eorum iterum ceſſaſſe (§. XIIX). Poſtliminio ergo reſtituti (§. XXII.) officium pluribus abhinc, quam centum annis inchoatum continuare y) itáque perluſtrationem ac recognitionem rationum publicarum ab anno 1617. inſtituere jubebantur z). Prolixus forem, ante annos centum ab ipſis, præter rationum reviſionem, geſtorum enarrationem facturus; Ut tamen intelligatur, quale tunc ipſorum, cui redditi ſunt, fuerit officium, ejusque dignitas, vel unicum ſufficiet ſpecimen, nimirum illud, quod una & cum nob. tunc temporis Senatu conſtitutionem iſtam, qua omnia & ſingula adhuc reipublicæ noſtræ Officia utuntur norma, (die Viſitations-Ordnung der Aemter) confecerint. In concinnandis ergo omnium horum officiorum inſtructionibus recentioribus quoque adhibiti fuerunt, aa).

Et

y) *Reſ. Cæſ. I. de 22. Novembr. 1725. ad art. 25. & 28.* des Bürger Vertrags, verb. Und ihre (der Neuner) Incumbenz und Beeydigung eben auf dasjenige, worauf ſolche vor 100 Jahren angeſehen geweſen, gerichtet werden ſolle.

z) *Reſ. Cæſ. de 15 Octobr. 1716.* modo allegatæ *Reſ. Cæſ. I. ſub lit. A. ſubnexa.*

aa) *Diar. Hiſtoricum ſupra cit. p. m. 195. it. Reſcriptum Cæſareum ad hanc conſtitutionem, nec non Reſolutio Cæſarea eidem præmiſſa.* Item *Reſol. Cæſar. de 14. Mart. 1732.* ibique *Inſtructio* des bürgerlichen Ausſchuſſes, *§. 3.*

Et ob eandem rationem & hodienum quæcunque Officiorum ejusmodi innovationes, habito eorum prius conſilio, fieri conſueverunt. Conf. Not. oo)

§. XXV.

Commodo utilitatique reipublicæ, monendo ac ſuadendo, (§. XXIII.) operam navare debent, Novemviri 1) *generaliter*, obſervando ne qua in re Legibus fundamentalibus, per Reſolutiones Cæſareas (§. XXI.) latis, eatur contra. Quo Caſu prius incluti Senatus, deinde, ſi opus, ipſius Imperatoris auxilium implorare, neque minus rem omnem civibus exponere neceſſe habent bb) 2do) *ſpecialiter*, & quidem præprimis in eroganda pecunia publica; cc) quod ipſorum officium, initio, ad quascunque, etiam arcanas, porrigebatur erogationes dd). Poſtea vero peculiari diſpoſitione Cæſarea Summa 5000. Imperialium ad ejusmodi, reipublicæ cauſa, faciendas in operto impenſas, libero nob. Senatus arbitrio eſt relicta.

§. XXVI.

Conſilio itaque adhibentur Novemviri, quotiescunque de erogatione publica extraordinaria, vel de rebus noviter comparandis agitur; præſentibus ipſis ac

bb) vid. Bürgerl. Neuner Inſtructio §. §. 3. 5. & 7.

cc) *Reſ. Cæſ. de 14. Mart.* 1732. verbis: Maſſen durch die Wiederherſtellung der bürgerlichen Neuner wegen der Ausgab und deren richtigen Verrechnungen auch nützlichen Verwendung der Gelder ſchon groſſen Theils vorſichtigſt proſpiciret iſt.

dd) vid. *Reſol. Cæſ. II. & IV. de 22. Novembris 1725.*

ac conſentientibus contractus ineuntur & perficiuntur; præſertim vero in exſtruendis ac reficiendis ædificiis publicis eorum aut ratio habenda monitorum, aut res ad Imperatorem ab ipſis eſt deferenda ee). Erogationes etiam factas, niſi idoneis probentur apochis, in rationum reviſione ærario publico vindicare, & ab redituum Curiæ præfectis repetere ipſis fas eſt ff).

§. XXVII.

In augendis vel minuendis oneribus publicis, a quibus nemo Civis vel incola immunis eſt, (§. IV.) primum quaſi mobile ſunt Novemviri gg) licet enim ipſi omnem moveant lapidem, ne ad ulteriores expenſas quam quæ reditus ferant, non niſi collectatione præter odinem ſolvendas, devenire cogamur, ſed potius auctæ, duobus abhinc fere ſeculis, neceſſitate id poſcente, ut minuantur irrogationes, fortunataque illa reducantur tempora, quibus, præter modica vectigalia de mercibus, parum aut nihil cives ærario debebant publico; nondum tamen, ob varios caſus, effici potuit, ut ſaltim penſio illa annua, Beed oder Schatzung vocata (quæ ante annum 1575. onus tantum extraordinarium fuit, ex eo vero tempore in ordinarium huc usque degeneravit) vel in totum vel pro parte, multo minus

ee) vid. *Reſol. Cæſ. VI. §. 9.* it. bürgerl. Neuner *Inſtructio, §. 3. & 4.*

ff) dict. *Reſol. Cæſ. VI. §. 6. & 7.* B. Neuner *Inſtr. §. 2.*

gg) *Art. 25.* des Bürger-Vertrags. it. *Reſ. Cæſ. de 15. Oct. 1716. & 22. Nov. 1725* ad hunc articulum. *Reſ. Cæſ. VI. §. 13:* Neuner *Inſtr. §. 5.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058487018-15

minus aliæ quædam præſtationes, ex mente ſanctionum Cæſarearum, viſæ fuerint tollendæ hh).

## §. XXVIII.

Non ingratum quibusdam me facturum credo, de hac nunc annua præſtatione (Beed oder Schatzung) & de prorſus extraordinaria ea collectatione, ſive petitione (venia ſit vocabulo juridico) auſſerordentliche Beed, Schatzung, Anlag, Beytrag ꝛc. paucula ulterius addens. Illa eſt trecenteſima pars bonorum ($\frac{1}{3}$ pro Cent) de bonis vero ultra quindecim floren. millia nihil præſtatur. Dividitur itaque in ſummam, mediam & infimam, in die höchſte, mittlere und geringe Schatzung. Summa, quæ dicitur, civis, quamvis ditiſſimi, 50 florenorum Rhenani valoris conficitur. Media, eſt huic, quocunque intervallo proxima; infima vero uno terminatur floreno ii). Collectatio extra ordinem, quod merito ſibi gratulatur civitas, perquam raro ſolet accidere: quodſi tamen, ad extremum hocce ſublevandæ reipublicæ remedium convolare neceſſitas exigat, ejus imperatio nobi-



hh) *Reſol. Cæſ. de 14. Mart. 1732. ad §. 26. 27. 32. & 35.* des Burger Vertrags, præcipue vero §. 5. der Burgerl. Neuner Inſtruction, qua inter alia civitati exponere tenentur: Ob ſie bey ihren Pflichten findeten, daß dermahlen, oder ſuo tempore, dieſe oder jene, oder alle erhöhete Impoſten anf den alten Fuß geſetzet, oder aber die Schatzung aufgehoben, und mit denen ſtändigen Intraden der Stadt Auslagen beſtritten ꝛc. werden können ꝛc.

ii) Incolæ (die Beyſaſſen) duplum præſtant. Judæi vero civibus, ut in ceteris plerisque, ita & in hoc præſtandorum genere, æquantur.

nobiliſſ. prius non licet Magiſtratui, quam novemviri duram hanc neceſſitatis legem, ex pecuniæ publicæ defectu, cognoverint, civitatemque de eo certiorem reddiderint. Qua hæc omnia fieri debeant ac ſoleant ratione, legibus præſcriptum eſt Cæſareis kk). Ceterum uti in illa hactenus ordinaria collectatione, ita etiam

---

kk) *Reſol.* nimirum *Cæſ. de 15. Oct. 1716.* hæc præcipit, daß es bey der wohlbedächtigen und in amore boni publici & quietis fundirten Diſpoſitionen, beeder Articulorum 25. & 28. angeregten Kayſerlich confirmiten Abſchieds und Vertrags ohnveränderlich zu laſſen, und daher der Rath einige Schatzungen und extraordinair Beyträge oder andere Verhöhung der ordentlichen und geſtändiger-gemeiner Stadt und Bürgerſchaffts-Gefälle willkühr l. eignen Gutfindens fürzunehmen ꝛc. nicht berechtiget, ſondern den fürgeſchriebenen modum der vorherigen Rechnungs Vorlegung, zu Erſehung der Nothwendigkeit neuer Schazung, oder Verhöhung gemeldeter Gefälle ohnverbrüchlich in acht zu nehmen verbunden ſeye; worbey aber der Kayſerl. und Reichs getreuen Bürgerſchafft anbefohlen wird, wenn die Neuner die Nothwendigkeit, wegen des bey Abhörung der Rechnung befundenen Mangels oder Vorraths, einer neuen Schazung, oder Verhöhung ernannter Gefällen wahrgenommen, und ſolche Nothwendigkeit ihr, der Bürgerſchafft berichtet hat, daß dieſe ſodann, ſo bald der Rath durch die Ober-Officiers die Urſache des neuen Anſatzes, wegen Mangel des Vorraths, anzeigen läßt, zu Abrichtung des angekündeten Beytrags, ohne einige Wiederrede, des eigenen Erbietens gemäß, ſich willig erzeigen ſolle. Quæ latius exponuntur in der Inſtruction bürgerlicher Neuner §. 5. & 6. Verbis: Nachdem auch 5tens B. Neuner, nicht allein nach Maasgebung des Art. 25. des Bürger-Vertrags, wenn durch

etiam in hac præſtanda, ad mercaturæ commodum, diligenter cavetur, ne quis ſuas quas habet facultates, detegere teneatur cunctas, & pro earum viribus conferre.



---

durch einen allgemeinen Reichs-Schluß die Schuldigkeit, oder aber, nach Erſehung der Rechnung und des Vorraths der Stadt Nutzen und Nothdurfft erforderte, ſie, über die geſtändige Gefälle und Auflagen, weiters zu belegen, oder einen Extraordinari-Beytrag vorzunehmen, und ſie, Neuner, ſolche Nothdurfft (nachdem ſie zuvor die Umſtände des Vorraths und jährl. ordinari Einkunfft der Stadt, mit derſelben ſtändig und unſtändigen jährl. erfordernden Ausgab, denn des Quanti, ſo die extraordinari Begebenheit erfordert, mit dem von dem Rath zu Beſtreitung deſſelben beſchloſſenen Anlage oder Beytrag, ſammt dem Innhalts §. 13. *Reſol. Cæſ. VItæ* vorzulegen ſchuldigen beglaubten Verzeichniß aller Contribuenten, und gemachten repartition gründlich erwogen) bey ihren geleiſteten Pflichten richtig befunden ꝛc. ꝛc. ſo hat es die gleiche Beſchaffenheit, daß bürgerl. Neuner auf ihren Eyd, und bey Verluſt ihrer Ehren, der Bürgerſchafft, getreulich, aber auch generaliter 1) die Beſchaffenheit der Rechnungen, und des Überſchuſſes 2) daß ſie die ordinari Einnahmen und Ausgaben der Stadt, und die Koſten, welche die auſſerordentliche Begebenheit ohnumgänglich erfordere, bey ihren Pflichten gründlich eingeſehen, und hiemit die Bürgerſchaft, auf ihr Eyd, und bey Verluſt ihrer Ehren verſichern thäten, wie die gemeine Nothdurfft, der Stadt Schuldigkeit und Beſtens, die von dem Rath für gut befundene Anlag oder Beytrag, zu Beſtreitung ſothaner Koſten allerdings erfordern thue, anzeigen, und hingegen die Bürgerſchafft ſich mit dieſer der Neuner auf ihr Eyd und bey Verluſt ihrer Ehren, gethanen Verſicherung ꝛc. vertrauen, und ohne alle Wiederred, zu der nöthig befundenen Anlag oder Beytrag ſich willig verſtehen ſolle.

ferre. Exulat ergo bonorum & capitum cenſus, inſignis ille mercaturæ hoſtis, qui olim ibidemque & adhuc in nonnullis obtinuit locis. Plura, qui de modo extra ordinem collectandi Francof. ſcire ſatagit, huic tres circa hanc materiam incluti Senatus & Collegiorum Civicorum nomine, Ao. 1744. in lucem editæ, cumulate ſatisfacient deductiones, ad quas provocaſſe hic ſatis duco.

## §. XXIX.

Ex hactenus vero dictis, imo ex ipſis in notam (ii) deductis fontibus, quid in caſu, collectarum publicarum novemvirorum ſit partium plane perſpici poſſe exiſtimo. Quæ ergo reſtant alia quædam ipſorum recenſenda ſunt officia, quorum primoprimum in inquirendo in rationes publicas occupatum eſſe (§. XXIII.) jam diximus. Singulis id exercent Lunæ, Mercurii ac Veneris diebus, in conclavi Curiæ, ipſorum uſui deſtinato. Longum foret, ſingula quæ hic occurrere ſolent enumerare momenta, unicuique rationum conficiendarum reddendarumque gnaro per ſe ſatis perſpecta. Non vero ſolum rationum libri, ipſis ſunt edendi ſed etiam cum his Inventaria omnium urbis Præfecturarum ſive officiorum (aller Stadt-Aemter) Reliquatorum conſignationes, ll) apochæ, & quæ alias ad juſtificandas requiruntur

ll) *Reſ. Cæſ. VI. de 22. Novembr. 1725. §. 14.* de conficiendis his reliquatorum catalogis graviter diſponit verbis: Soll denen an die Neuner zur Reviſion ſchickenden jährl. Stadt-Rechnungen allemahl, und beſtändig hinfüro, ein completes Reſtanten-Regiſter ꝛc. beygeleget werden, wenn aber

quiruntur rationes. Facta reviſione, quæ ipſis reprobanda videntur primo Officio cujus ſunt rationes; hoc ſi non ſufficiat, Senatui exponunt; demum repulſam forte ferentes, ipſum Auguſtiſſimnm adeunt, & quo modo mederi poſſit ſententiam ſuam expromunt mm).

§. XXX.

Quum officium Novemvirorum, quodcunque eſt e re civitatis reſpiciat, (§. XXIII.) ipſis quoque licet quælibet ad hunc ſcopum facientia documenta, ex tabulario civitatis accire atque inſpicere: nn) ullo enim modo in officio turbare eos, ſub gravi pœna, vetitum. oo)

§. XXXI.

---

aber dieſes unterlaſſen würde, ſollen die verſchwiegene Reſtantien, von denjenigen Raths-Perſonen, welchen die Aufſicht über die genaue Befolgung der Kayſerl. Anordnungen und über das Rechnungs-Werck zuförderiſt oblieget, aus ihren eigenen Mitteln, jedoch ihnen vorbehaltl. des Regreſſus an die ſaumige Debitores, durch ohnverſchobene Execution dem verwahrloſten Aerario eingebracht werden. add. Neuner Inſtructio §. 3.

mm) dicta *Reſ. Cæſarea VI. §. 5.*

nn) Extant deſuper decreta Commiſſionis Cæſareæ de 21. Jan. 1719. & 9 May 729. a glorioſiſſimo Imp. Franciſco nuperrime 12. Jul. h. a. 751. confirmata, eo tendentia, daß alles, wie es Namen haben mag, ſo die verpflichtete Neuner, zu ihrer obhabenden ſchwehren Verrichtung, und ihrer zum Beſten der Stadt nöthig findender Arbeit, aus dem Archiv nöthig zu haben meynen, und verlangen jedesmahlen, und ſo oft ſolches geſchiehet, ohne den geringſten Anſtand und Verſchub ad inſpiciendum auszuliefern ſey. rc.

oo) *Reſol. Caſ. de 15. Oct. 1716.* hæc ſtatuit: Mit dem an Rath beyge-

## §. XXXI.

Præcipuis hiſce novemvirorum muniis reliqua addere per fines Diſſertationis meæ mihi a memet ipſo ſcriptos, non integrum: ex dictis autem jam videre eſt, quanta eorum ſit dignitas atque autoritas. Quibus accedit, quod ſint Magiſtratûs capaces; qui ſummi, quum ultro eosdem eſſent deprecati honores, ipſis mandato Cæſareo iterata vice ſunt decreti, & nunquam non ipſorum aliquot eis mactati. pp) Officium novemvirale

beygefügten ernſtlichen Befehl, angeregte Neuner an Vollziehung ihrer in obbeſagten Kayſerlichen Grund-Geſetzen, der Franckfurtiſchen Regiments-Ordnung, beſchriebenen Verrichtungen jederzeit ruhig und ungekränckt zu laſſen ꝛc. darwider in keine Wege zu handeln, noch daß es von jemand ſeines Mittels geſchehe zu geſtatten, immaſſen denn alle dagegen ohnverhofften Falls unternehmende Attentata und Ubertrettung, nebens Reſervation der in oftberührten Kayſerl. confirmirten Abſchied und Vertrag, gegen die wiederſpenſtige Autores, der daraus zum Schaden dieſer berühmten, getreuen, Kayſerlichen und des Reichs, Wahl, und Handels-Stadt entſpringenden Verwirrungen und Mißhelligkeiten, geordneten andern ſchärfern Strafen, hiemit alsdann, und dann als jetzt caſſiret und vor nichtig und ſtrafbar erkläret werden.

pp) *Reſ. Cæſ. de* 14. *Mart.* 1732. *ad* §. 25. & 28. des Burger-Vertrags, quod tamen ſub clauſula: *ceteris paribus* intelligendum eſt, quatenus nimirum novemviri cives ſunt nati, quum nemo niſi indigena ad munus ſenatorium adſpirare poſſit. *Art.* 2. des Burger-Vertrags *Reſ. Cæſ. I. de* 22. *Novembr.* 1725. eique inſerta Senatorem eligentium juramenti formula. Add. *Auguſtiſſ. Declaratoria Reſ. Cæſ. de* 14. *Mart.* 1732. *ad Reſol. VII. de* 22. *Novembr.* 1725. *nuperrime* 23. *Novembr.* 1751. *lata.*

virale olim nonniſi morte finiebatur; quod auctoritate Cæſarea mutatum ita, ut quoquo elapſo ſexennio, tres eo quo ad munus acceſſerunt ordine, aliis noviter eligendis cederent qq). Ulteriora de Novemviris ſciſcitanti, ipſæ legendæ erunt Reſolutiones Cæſareæ, & ordinatio illa de qua §. XXIV. diximus, *Tit. I. XXVIII. XXIX.* & pluribus, nonnulla etiam adhuc occurrent infra.

## §. XXXII.

Collegium Quinquagenorum & unius, ſive delectus Civium (der bürgerliche Ausſchuß der 51) tempore, non loco, cedit novemviris; Juſſu enim Caroli VI. Imperatoris, orbi, præprimis autem Francofurto nunquam non memorandi, Anno demum 1732. eo vel maxime fine eſt introductum, ut reditus & quicunque alii civitatis proventus civibus ſatis innoteſcant, ærario publico debito modo inferantur & conſignentur, rr) utque Reſolutiones Cæſareæ, Leges illæ adminiſtrandæ civitatis fundamentales (§. XXII.) viridi quod dicitur obſervantia colantur ss) hacque ratione omni diffidentiæ obex ponatur, pax vero & concordia mutua, inter Magiſtratuum & Cives inconcuſſæ exiſtant

qq) *Reſ. Cæſ. I, de 22. Novembr. 1725. ad §. 25.* des Burger-Vertrags *Reſ. Cæſ. de 14. Mart. 1732.* ad eundem, *§. 25.*

rr) vid. *Reſolut. Cæſ. de 14. Mart. 1732.* eique ſubjuncta Inſtructio des Burger-Ausſchuſſes *§. 2.*

ss) vid. *Reſol. Cæſarea de 14. Mart. 1732.* die Gegenſchreiberey betreffend *§§. 4. & 8.* it. Inſtruction des Burger-Ausſchuſſes *§§. 1. & 11.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058487018-15

ſtant tt). Ceterum ad promovendum bonum publicum, & ad tacendum perpetuo ſilentio tacenda, ut novemviri, Delectus hic civicus Juramenti religione tenetur uu).

§. XXXIII.

Ad obtinendum hunc ſalutarem finem *ſpecialis* ipſorum eſt muneris, omnibus quibus non ſola Jurisdictionalia tractantur, pecuniæ vero ærario debitæ accipiuntur, per delegatos aſſidere officiis, ibique rei antigrapharıæ (der Gegenſchreiberey) præeſſe xx). Imperatoria nimirum autoritate civibus, & qui eos cum novemviris repræſentat Delectui LI. eſt conceſſum, ut contraſcriptores, alibi Controlleurs dictos, rationariis magiſtratus oppoſitos, habeat, quibus præſentibus accipienda & expendenda omnis eſt pecunia publica yy). Hos

tt) vid. *Reſol. Cæſ.* die Einrichtung der Gegenſchreiberey betreffend *de 14. Mart. 1732. §. 9.*

uu) quod vide Inſtructioni ipſorum in fine adjunctum: it. §. 12. dictæ Inſtructionis.

xx) vid. *Reſol. Cæſar. de 14. Mart. 1732.* die Einrichtung der Gegenſchreiberey betreffend *§. 4.* Inſtr. des Bürger-Ausſchuſſes *§§. 2. 4. 5.*

yy) v. dicta *Reſolut. Cæſarea §. 9.* verbis: Weilen die Haupt-Abſicht des Aerarii, das völlige burgerliche Vertrauen, der gantze Grund und Effect der Gegenſchreiberey, darauf einzig beruhet, daß die magiſtratiſche Deputirte und Bediente, bey Verluſt Ehre und Dienſts, einſeitig in Abweſenheit des burgerlichen Gegenſchreibers weder Geld einnehmen, ausgeben oder quittiren, ſondern daß alle Einnahm und Ausgab in Gegenwart des Gegenſchreibers, damit er ſolche

Hos contraſcriptores civicos, Delectus LI. non ſolum recipit, juramento fidelitatis & obſequii in adminiſtratione muneris ſibi obſtringit, gubernat, ſed etiam, ubi ipſi viſum fuerit, rurſus exauctorat, translocat &c. ita ut exauctorato vel translocato ne quidem cauſam ejusmodi mutationis quærere liceat zz).

§. XXXIV.

Delegatis ex Delectu ad Officia, præter inſpectionem rei contraſcriptoriæ (§. XXXIII.) incumbit porro cura, 1) ut omnes reditus ad normam præſcriptam exigantur ac conſignentur, apochæque, facta prius magiſtrali ſubſcriptione, pro re nata aut ab ipſo Delegato, aut a contragraphario, ſubſignentur (aaa). 2) Officiis hiſce autoritate Cæſarea præſcriptæ inſtructiones



che gleich aufnotiren könne, geſchehe, und alle Quittungen von demſelben mit unterſchrieben werden, alſo wird hiemit der Magiſtrat und deſſen Bediente obigem nachzukommen bey vorgedachter Straf angewieſen, nicht weniger auch denen burgerlichen Gegenſchreibern, alle einſeitige Geld-Einnahm bey ſolcher Straf inhibiret.

zz) v. *Reſol. Cæſarea de* 14. *Mart.* 1732. die Einrichtung der Gegenſchreiberey betreffend *§.* 2. 8. Inſtructio des Burger-Ausſchuſſes *§§.* 2. 3. 4. 5. 6. 8. it. Gegenſchreiber-Inſtruction *n.* 8.

aaa) v. *§.* 2. *Inſtruct.* des Burger-Ausſchuſſes, quo hæ delegatorum Collegii LI. partes poſt alia ita ſunt definitæ: daß ſie überhaupt beſorgen ſollen, daß kein Geld einſeitig in Abweſenheit ein oder andern Theils eingenommen, oder quittiret, ſondern daß alle Quittungen, wann ſolche ein Raths-Deputirter unterzeichnet, auch von einem dem Amt angeordneten Bürger des Ausſchuſſes, oder da ſolche von

etiam ipſis facienda aut omittenda præcipiunt bbb). 3) De Officiorum quibus aſſident ſtatu, Delectui, quot menſibus hunc in finem convocando, referenda a Delegatis ſunt notatu aut conſultatione digniora ccc). 4) Delegati Delectus, pariter ac contraſcriptores, cum Magiſtratibus officiorum quibus adſunt, eorumque officialibus, propinquitate ſanguinis non debent eſſe conjuncti ddd).

§. XXXV.

Oſtendimus (§. XXXII.) munus Delectûs, adeoque delegatorum ejus, maxime verſari circa reditus & accipiendas pecunias. Quod ſi tamen in comparanda variarum, rerum penu, aut in exſtruendis reficiendisque ædificiis publicis, proficuum quidquam ſe conſulere poſſe arbitrantur, Deputatis qui ex Magiſtratu præſunt officiis, ſententiam ſuam decenter exponere ipſorum etiam eſt in partibus. Nihil in prima hac quaſi inſtantia proficientibus, ipſi Patres reipublicæ conſcripti ſunt interpellandi, & tandem, prævia cum Novemviris collatione,

---

den magiſtratiſchen Bedienten unterſchrieben worden, ſolche auch von dem burgerlichen Gegenſchreiber mit unterzeichnet werde. Confer. Not. ſub yy)

bbb) Inſtructio burgerl. Ausſchuſſes §. 3.

ccc) Inſtructio des B. Ausſchuſſes §. 7.

ddd) *Reſ. Cæſ. de 14 Mart. 1732.* die Einrichtung der Gegenſchreiberey betreffend §. 5 nec non burgerl. Ausſchuß Inſtruction *§. 8. n. 2.* & hoc eo magis, quum & nobiliſſimo ſenatui ſanguinis & affinitatis neceſſitudo, tam in ſucipienda Senatoria dignitate, quam in adminiſtratione Officiorum, quoad certos gradus ſit interdicta *Reſ. Cæſ. de 22. Novembr. 1725. ad §. 2.* des Burger-Vertrags.

tione, ad Imperatoriæ Majeſtatis numen decurrendum eee).

§. XXXVI.

Hoc delectus civici officium præter rationes publicas, ad *ad quævis etiam alia, civitatis commodum aut incommodum ſecum ferentia*, ſpeciali Lege imperatoria de 14. Aug. 1735. eſt extenſum, quod etiam Novemvirorum Jura ſimul acceperunt incrementum.

§. XXXVII.

Hoc cauſæ eſt, ut LI. crebriores quam ſingulis menſibus agant conventus, qui fiunt in ædibus contignatione curiæ junctos, & ſollennis admodum eſt ille, in quo Novemviri (§. XXIII.) quæ civitati, de rationum aliarumque rerum œconomicarum ſtatu ſcire conducunt, illis, adlectisque inſuper XXVIII. aliis civibus. (*Not. ad §. XX. n. 9.*) patefaciunt.

§. XXXVIII.

Delectui præeſt Director, cui non modo poteſtas quoties e re duxerit convocandi eum competit, verum etiam rerum deliberandarum propoſitio, collegarum novorum contraſcriptorumque in fidem receptio fff) & plura, quæ ad collegii rite faciendum præſidium, ex ipſa rei natura reſultant.

 §. XXXIX.

eee) Inſtructio des Burger-Ausſchuſſes *§§. 1. 10. & 11.*

fff) v. *Reſolut. Cæſarea de 14. Mart.* 1732. die Einrichtung der Gegenſchreiberey betreffend §. 7. nec non in Inſtructione des B. Ausſchuſſes §. 7. vocatur ibidem *Senior*, quod ſemper in ordine officii primus hac fungi poſſe videbatur Sparta; ſed hoc ob varias difficultates non potuit effectui dari, itaque delectûs ſuffragiis Director venit eligendus, Imperatori ad certum vel ad omne vitæ tempus confirmandus.

§. XXXIX.

Officium delectus membrorum, finitur morte, vel ſpontanea ob cauſam ſonticam muneris abdicatione. Primus eorum numerus Ao. 1732. a XIV. Cohortum ſive Curiarum præfectis fuit denominatus, nunc electio novi Collegæ penes ipſos eſt, quam nemini Civi a ſe avertere licet. Ad Officia ex delectu ordinatis (§. XXXIV.) peracto triennio alii ſuccedunt ggg).

§. XL.

Quum ex officii ratione jura & prærogativæ collegiorum civicorum, LI. & IX. per hactenus dicta nemini non per ſe pateant; ſupervacaneum duxi de iis peculiarem ex antecedentibus §§. contractam hic exhibere ſyllogen, ſolum Delectui LI. Novemvirorum, Conſiſtorii ex civibus Aſſeſſorum, & Triumvirorum hhh) Nob. Senatui præſentandorum Jus privative competens allegandum cenſeo.

§. XLI.

Gaudet præterea delectus civicus facultate Cauſarum ſuarum oratorem ſibi conſtituendi, civem vel alie-

ggg) *Reſolutione Cæſ. de 14. Mart. 1732.* die Einrichtung der Gegenſchreiberey betreffend *no. 6.* modus per orbem alternandi vices delectui præſcriptus difficulter admodum eſt ſervandus.

hhh) Triumviri die bürgerliche Dreyer, *Reſolutioni Cæſareæ I. de 22 Nov. 1725. §. 3.* originem ſuam debent, ad id ſolum conſtituti, ut, nomine civitatis ſenatorum vel aliorum miniſterialium quorumcunque, Sorte peragendis adſint electionibus. Officii ipſorum inſtructio typis proſtat.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058487018-15

alienigenam, cui vero ad partes nob. Senatus tranſire, aut citra conſenſum Delectus, aliorum cauſas orare non licet. Qua de re peculiaris quæ extat Cæſarea proviſio non eſt ad manus.

§. XLII.

Delectui adſcripti cives indigenæ, ut novemviri, (§. XXXI.) ſenatorio accedere poſſe ordini plus ſemel comprobavit experientia. Faceſſant ergo & ſuas agant res, quicunque perſuaſos ſe habent, *civibus* Francofurti (§. IV.) cum *civibus* non optime convenire. Non exſcalpent facile ejusmodi maleferiati & malevoli illud, in pontis noſtri propylæo noviter inſtructo

S. P. Q. F.

nobiliſſimi Senatus autoritate lapidi inciſum; Numen vero, quod opto, reapſe id perennabit.

# TANTVM.

## HAC, ET PLVS FORTASSIS ALIA, VICE.

)o(

COROL-

# COROLLARIA

## I.

*Tit. IX. Lib. IV. ff.* Nautæ, caupones, ſtabularii &c. male accommodatur ſeculo noſtro.

## II.

Juramentum calumniæ eſt otioſum & odioſum quid in proceſſu.

478.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058487018-15

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058487018-15

Erfurt, Diss., 1748-51

X 2387035

ULB Halle 3
006 771 165

VD18

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058487018-15

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058487018-15

1751, 10

DE

# …LEGIIS CIVICIS …NCOFVRTENSIBVS,

EORVMQVE

# …TICIIS, JVRIBVS,

ET

# …RAEROGATIVIS,

…RSVS JVRIDICO-POLITICVS,

QVEM,

…SPIRANTE NVMINE,

…ONSENSV ET AVCTORITATE

…TICI JCTORVM ORDINIS,

…NTIQVA ELECTORALI VNIVERSITATE

ERFORDIENSI,

PRAESIDE

…ONRADO WILHELMO

…RECKERO, JCTO,

… CELSISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGVNTINI CONSI-
…PRAEFATAE FACVLTATIS ASSESSORE SENIORE, CODICIS
…CO ORDINARIO, CIVITATIS ERFORDIENSIS CONSVLE
PRIMARIO ET STNDICO,

…RO LICENTIA

… IN VTROQVE JVRE HONORES

CAPESSENDI,

… XI. DECEMBR. ANNO MDCCLI.

HABEBIT

…PH SIGISMVND MÜLLER,

SVGENH. FRANCVS.

… IÆ, typis Joh. Chriſtoph. Heringii, Acad. Typogr.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-1192015415-058487018-15